SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA

Italien (?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

aliquid comedatur. Sed eremi tempus delectat
amplius si multa pluvia precedatur. Maris
tranquillitas magis delectat quando precessit in
mari tempestas. Visus et auditus delectant ha
bentem foras. Si cecitas sive surditas [illegible] prius
Prius ergo ponetur virtus et vicium mox illi oppositum
consequenter. Sicut enim virtutes in immensum ut sic variantur
hominum facies. Sic variantur divine virtutes. Sed
non sunt [illegible] nomina nota omnibus. Sed ad septem in
arte que sunt firmissime reducibiles sunt.
In singulis autem capitulis naturalia ponentur exempla
que vanis et curiosis obiecta eorum ostendunt
scientiam esse stultam. Nam et est quoddam ut dicitur
Rane genus quod proiectum ab aliquo in os canis
mox obmutescere illum facit et latrare non possit.
Sepe enim accidit ut hominibus curiosis plus satisfaciant
materialia hec exempla quam subtilissima argu
menta. Et est nobile quod prius dicitur. Quod sicut omnium
animalium arma sunt in manu hominis posita. Sic
ut ait virtutes singule que in diversis animalibus sunt
disperse sunt omnes in homine congregate in dignum
ei esset. Si in brutis similitudo aliqua virtutis ex
isteret quam nobilissima creaturarum omnium non
haberet.

De corruptione humane nature sine obliquitate.

.C. II.

Quamvis enim naturam humanam
recta sunt a deo creata et velut virga
recta ad celum porrecta. propria tamen est mali
cia depravata et ad terram more pecudum incur
vata. Nam constat ex hiis que supra probata sunt
Quod homo est finis mundi maioris. Nec minus est
verum quod finis est nobilior hiis que sunt ad finem.
Homo ergo maior est nobilior mundo. Ergo cum
ad nobilitatem pertineat ordo partium in toto
non minus debet esse in mundo minori et nobiliori
quam esse appareat in maiori. Sed in maiori mun
do omnes inferiores motus ex motu primi causantur